

Edition

Berlin, Staatsbibliothek Preußischer Kulturbesitz, Theol. lat. qu. 198, pag. 318

[*Evangeliar aus Herford s. X; bis 1875 Staatsarchiv Münster, msc. VII 3; heute Krakau, Bibl. Jagiellońska; geschrieben als Nachtrag von einer Corveyer Hand s. X auf der Rückseite des Blattes mit dem Schluß des Johannes-Evangeliums*].
Ed.: siehe S. 1 Anm. 1.

[D]omnis^a sanctissimis Rimberto venerabili archiepiscopo et Adalgario abbati Rathramnus in Christo salutem.

De propinquorum coniugiis, unde responderi vobis, quid sentiamus, postulastis, nihil vobis scribere possumus, quod non sciatis. Attamen ut vobis satisfacere rescribendo non differamus, dicam et ipse, quid sentiam, maiorum sequens auctoritatem nostręque regionis consuetudinem. Ecclesię inquam nostrę sacerdotes omnes huiusmodi nuptias condempnant nec [con]sanguineos invicem sibi coniugii fędere sociari penitus concedunt. Quia vero frequenter in nostra regione tales contingunt nuptię, fit ex hoc, ut iudicia proferantur non semper eadem. Si quidem quos primus, secundus tertiusque gradus sotiāt, omnino dissociant. In quarto vero gradu coniunctos, quamvis huiusmodi coniugium incertum vocitent, non semper dividunt intercedente vel rationabili petitione vel necessitatis cuiusquam consideratione. Quos vero reliqui gradus, quintus videlicet, sextus et septimus coniungunt, quamvis non approbent, non tamen dissociant.

SECVLI LEGES.

Sed videamus seculi leges, quid ex hoc precipiant. In libro Theodosii tertio ita legitur: *His¹, quos in tertio et quarto gradu //*

a) davor die erste Zeile auf der Seite [eine Rubrik?] radiert und offenbar mit chemischen Reagenzien behandelt, ebenso die Initiale.

1) His – relaxatur aus Codex Theodosianus III 10, 1, Interpr., ed. MOMMSEN/KRÜGER I/2 (wie oben S. 8 Anm. 22) S. 148,7-8; den dritten und vierten Grad (statt nur des vierten) bieten nur drei der für die Edition herangezogenen Codices.